



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Resolotorium dubioru[m] circa celebratione[m]
missa[rum] occurrentiu[m]**

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

ij An in tali casu teneat[ur] semp[er] totum panem [con]secratum sumere

urn:nbn:de:hbz:466:1-34702

Capitulum

Solo. In illo casu licet, grauius tñ peccat presbyter criminosus q̄ celebrare simulat & nō celebrat q̄ si celebret. Prorsus itaq̄ faſa remedia sunt abſcienda que sunt veris periculis graviora.

Arti. ii. ¶ Resoluit octo dubia que occurruunt circa panem pſecratum ſue corp⁹ christianiſte ſumptionem eius.

I. Utrum ſacerdos conſecrans panem teneatur ſumere
Solo. Quotiens ſacerdos conſecrat tenetur ipſe ſumere.

ii. Utrum in predicto caſu teneatur ſemper totum ſumere
Solo. Non ſemper tenetur. Si em̄ ſacerdos pſecrat plures hostias p viatico infirmorum reſeruandas, vel pro alijs tunc diſponendas non tenetur niſi vnam ſumere. Si etiam aliquis ſub miffa incideret in infirmitatem vbi immineret periculum mortis et non haberetur alia hostia pſecrata debet ſacerdos illam hostiam (qua ipſe ſumpturus erat totam) diuidere & infirmo partem tribuere. Si etiam poſt ſumptōnem ſanguinis christi & ablutionem reperiatur aliqua notabilis particula hostie conſecrate vel tota hostia pſecrata, tunc illa particula ſeu hostia reſeruari debet & non pro tunc ſumit, vt infra tangetur.

iii. Quid agendū ſit ſi dephendantur alique particule ſup corporale, palla vel patena, que de hostia pſecrata ſunt reſolute
Solo. Diligenter reſcolligantur & ſumantur cum hostia ſumenda, vel cum ſanguine ante ſumptōnem ablutionis.

iv. Quid agendū ſit ſi ppter frigus aut alia cauſam accidentales hostia vel pars eius ceciderit in calice de manu ſacerdotis.
Solo. Si tota hostia inciderit nihil iterandum eſt, ſed obſeruatis certis obſeruādis ſumatur ſumul cu ſanguine. Si vero pars aliqua in manu remaſerit frangatur illa, & pars vna mittatur in calice, & procedatur ueterius moze conſuetu.

v. Quid agendū ſit ſi ceciderit hostia pſecrata vel pars eius ſu pra terram, vel lapidem vel pannum, vel aliud conſimile.
Solo. Statim reuerenter leuetur & reponatur illuc unde cecidit, pqraturq̄ diligenter ſi alique particule de hostia reſolute ibi remaſerint, que pſimiliter leuentur. Deinde locus vbi hostia iacuerit radatur, & abrasus cōburat, cineresq̄ in ſacramenio reponantur. Et ſi locus nō poſſit conuenienter statim radi, circuſigneſ & cooperiaſ ne pedib⁹ tangatur donec eōmode radi poſſit. Si vero ſup pannū, vefem, vel aliud hymoi ceciderit valde diligenter excutiatur pars illa vbi iacuit ſup corporale vel patenam. Poterit in ſup lauari, & aqua lotionis in pſicina mitti. Et vbi occurrerit caſu q̄ ſacerdos nō poſſet conuenienter vel ſine graui ſcandalo leuare, vel ſi eſſet periculum in mora ut timeretur q̄ animal brutum aut puer ſumeret, vel pedib⁹ pculcaretur vel aliud huiusmodi immineret, tunc debet reuerenter leuari a miftrante vel aliquo alio etiam laico ſi non afficit aliud ſacerdos et porrigit ad manum celebrantis.

Dubiū

L.